

hominis agrotantis instituenda, rectè præcipit
Burggravius, qui videatur.

Philtro
ex sangui-
ne huma-
no.

Nunc pergimus de quodam philtro, ex san-
guine humano præparando, præceptionem insti-
tuere. Sæpius autem usu venisse animadver-
sum est, quòd inter diversos duos odia & simul-
tates vigentes, quin etiam inter uxorem & ma-
ritum jurgia & rixæ, odium intolerabile pro-
crearint, ac alter alterum tantà mentis aver-
satione ac acerbitate insectatus fuerit, ut neq;
presentis vultum, neq; absentis recordationem
tranquillo animo ferre potuerit.

**Tis avti-
παθείας.**
exemplum
mirabile
& memo-
rabile.

Cujus odii exemplum memorabile est pa-
tris filium, ex cõjuge legitimè natum, haud alio
modo aversantis, quàm quo nonnulli feles re-
formidare, nec ullo aspectu vel alio sensu ferre
solent, idq; is tum statim à partu fecisse dicitur,
tum etiam subsequente ætate. Cum enim pa-
ter juberetur recens natum amplecti, abhor-
ruit, nec postea ejus præsentiam in eodem con-
tubernio absq; lipothymià tolerare potuit. Fa-
ctum itaq; est ab amicis, ut, cum puer decennis
cum aliis pueris, uno eodemq; habitu vestitus
in scio patre, in convivio ministrasset, neq; dum
à patre agnitus fuisset, pristinam tamen affe-
ctionem pater, præter omnē spem, passus fuerit,
lipothymià cum algore sudoreq; invadente: ius-
sus ergò filius discedere, perpetuo postea divor-
tio